SAMMELHANDSCHRIFT
Entstehungsort unbestimmt (u. a. Neustift), 15. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35497
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



pferendā pluviā lacrimarum p quā possit extinguere flāmas omnium
viciorum quarumcumque personarum. Quis ergo admiretur quod per lacrimas huius
brevissimi temporis peccata xpus dimittit ac milies nos vulneribus
sauciatos per lacrimas sanat et rursum cum sanaverit mercedem conferet
lacrimarum. Beatus ergo cuius anima est tamquam lignum quod plantatum est secus de
cursus aquarum. Habens sine intermissione animarum ymbrem a quo crebrius
irrigetur. Effundamus ergo lacrimas quamdiu sumus in hac vita ne in
seculo futuro sine aliqua utilitate plangamus. Ubi lacrime pro nichi
lo reputantur. Si quis in oratione sua deum contemplatus est illum semper
desiderans et lacrimarum dulcedine saciatus est hic elevatus est a terris
totus et extra corpus in celo est. Et quid dico extra corpus totus
celestis est non invenitur conversacio in terris. Hic cum loquitur a xpo il
luminatur a spiritu sancto sanctificatur. Grande miraculum ut homo cuius et
terra in sua purissima oratione lacrimabili cum deo fabuletur.
Beatus homo qui habet talem compunctionem iugiter secundum deum talis compunctio
sanitas anime et illuminacio mentis est. Compunctio peccatorum remissionem
acquirit. Compunctio ihesu dei unigenitum facit adesse cum eum desi
deramus et querimus. Volo narrare potenciam lacrimarum. Anna per
lacrimas a deo samuelem prophetam accepit sublimacionem et gloriam
anime sue. Mulieris enim peccatricis debita in domo symonis a
domino ihesu xpo dimissa sunt que lacrimis pedes eius rigabat et
crine eius tergebat. Multeque prevalent lacrime secundum deum fidu
ciam domini semper acquirunt sordidas cogitaciones expellunt nec
proximare eas sinunt anime compunctionem cordis habenti. Quid salu
brius potest esse aut sublimius cum ipsum deum anima in oratione propria con
templatur. Gradus virtus lacrimarum quia oratio deum ungit sed lacri
ma pungit. Thesaurus est indeficiens compunctio cordis et gaudium
ineffabile exultet anima que habet compunctionem cordis. Compunc
tionem vero dico non unius dico sed que diebus et noctibus puritatem
anime tamquam fons exuberat et habundat. Fons enim purissimus est

lacrimarum